UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Condictione triticaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

in prin. ſ. ſi quis ius di. ⁊ Bart. in l. j. §. ait pretor. ſ. de poſtu. ⁊c.
b POMA. ¶ Judicis. Uide Fely. in c. exceptione. de excep. verſ. demum ſcias. Jaſon. in l. ſi ſoror. C. de colla. Cepo. cõſil. xij. in fin. Barb. conſi. j. in primo volu. Jaſon. in l. ea demũ. C. de colla. Ui de Alexan. conſi. l. ij. volu. ⁊ Fely. in c. ij. ad fi. poſt Panor. ibi, de offic. iudici. ordi.
i ALEX. ¶ Directo. Adde bonum tex. ⁊ ibi Bart. in l. metum §. ſed ꝙ pretor. ſupra quod met. cau.
k ALEX. ¶ Judicium. Ut j. commo. l. j. in prin.
l ALEX. ¶ §. pretor. Quod idem ſit, vide Bar. per illum tex. in l. Adriani. C. de here.
m ALEX. ¶ Uidendum. Per Bal. in rub. C. eo. Sed an condictio ex l. detur pro facto. vide Bal. in d. l. ex placito. in ix. queſt.
n ALEX. ¶ Dicunt. Contrarium tenet Bart. in dicta l. prima, ⁊ infra de pub. iud. l. prima.
o ALEX. ¶ Emphyteuſis. Et adde ꝙ cõdictio ex lege, quandoq; concurrit cum alia ex diuerſo capite. l. quoties. de actio. ⁊ oblig. ⁊ ibi gl. ⁊ no. Bal. in rub. C. eo.
p ALEX. ¶ Dicit. Sed Bal. in rub. C. eod. tenet opi. glo. ⁊ doct. contra Bar. ⁊c.
q ALEX. ¶ Ubicunq;. No. ⁊ adde Bart. in l. omnes populi. de iuſti. ⁊ iure. in v. queſtio. prin. ⁊ in l. j. de pub. iudi. ⁊ Bal. in rub. C. eodem. vbi tenet ꝙ agatur condictione ex moribus. Sed Bal. in l. ij. C. quando lic. ab emp. diſ. tenet, ꝙ non oriatur actio ſui nominis ex feudo, ſed condictio ex l. vel preſcriptis verbis, ⁊ feuduȝ eſt contractus innominatus, vt no. Bal. in rub. C. de re. per. ⁊ ad Bar. hic an ex conſuetudine vel ex moribus vel ex ſtatuto oriatur condictio ex l. vide Bal. in l. ex placito. in decima queſtio. C. de rerum permu. ⁊ Bar. in l. de quib⁹. in fine de legi. ⁊ adde Bal. in l. fi. C. de legi. ⁊ Barto. in l. omnes populi. in quinta queſtione prin. ⁊ in dicta l. de quibus. ad fin. ſupra de legi.
r POMA. ¶ Ex lege. Adde ꝙ in criminalibus, proprie dicit accuſatio. gl. in l. fi. in verſi. recipiat. in fi. C. de litigi. declarat Ang. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdictio. om. iudi. Alexã. in l. viro. in prin. ff. ſoluto matrimonio.
s ALEX. ¶ Ex illa lege. Not. per actionem in factum. de qua plene per doc. in l. ex placito. ⁊ ibi Bal. de rerum permu. ⁊ quid differat a condictione ex lege, ⁊ an ſit datiua, vel natiua.
t POMA. ¶ Exemplum. Uide Jaſo. in §. actionũ. Inſtit. de act.
v ALEX. ¶ Obligatio. Hic adde Bar. in rub. de preſcrip. verb.
x ALEX. ¶ Legitima. Adde Bar. in d. l. legitima.
y ALEX. ¶ Apparet. Sed que actio oriatur ex ſtatuto vel conſuetudine, vide Bar. in l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit. ſ. de iureiu.

De condictione triticaria. Rubrica iii.

¶ Glo. continuat rubricam ad precedentia. dic vt in ea. ⁊ querit quare appelletur triticaria. dic vt in ea.

LEX PRIMA.

1 ☞ Si certum petatur, non eſt proprium nomen actionis.
2 Condictio triticaria quare non competat pro pecunia numerata, ſed pro alijs rebus ſic.
3 Fratres minores accipiunt omnes alias res, preter pecuniam numeratam.

a **Qui certam.** [a] Hec cõdictio locum habet pro omni re, excepta pecunia numerata, ſiue certum, ſiue incertum, ſiue dominium, ſiue poſſeſſio petatur. h. d. Primo
1 † queritur vtrum ſi certum petatur, ſit propriuȝ nomen actionis? Certe non, vt ſ. ſi cert. peta. dixi
2 in rub. ⁊ in l. certi cõdictio. in princ. ¶ Secundo quero, † quare hec condictio non competit pro pecunia numerata, ſed pro alijs rebus ſic. Poſſemus forte dicere, ꝙ ille qui induxit hanc condi-
3 ctionem fuit frater minor † qui omnes alias res accipiunt preter pecuniam numeratam. Et licet iſte ordo tempore illius legis non fuerit, erat quidam philoſophus, qui erat talis condi-
* tionis ꝙ pecuniam reſpuebat. * Juxta l. profeſſio. de mune. patri. lib. x. C. Uel verius iſta condictio fuit introducta ꝑ rebus, quarum eſtimatio variatur ſecundum tempora: quia pretium rerum augmentatur ex tempore. j. de iure fiſ. l. non intelligitur. §. diui fratres. ⁊ l. pretia rerum §. nonnullam. j. ad leg. Falcid. C. de admini. tuto. l. lex, que tutores. Que autẽ recipiant eſtimationem intrinſecam, ⁊ extrinſecam, ⁊ in quibus creſcit, ⁊ decreſcit eſtimatio, vide in l. in hac. ⁊ l. fi. in fi. j. eo. ⁊ quod non poteſt cadere in pecunia, vt in ipſa habeatur eſtimatio intrinſeca, ⁊ ꝙ poſſit creſcere ⁊ decreſcere vide l. nũmis. ſ. de in lit. iuran. Et ideo cum eſtimatio pecunie non varietur de facili, ideo ad illam non
* porrigitur hec cõdictio. ita dicit Gul. de Cug. ⁊ bene. *

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Qui certam. Uide Jaſo. in addi. ad Porcum Inſtit. de verb. oblig.

1 ☞ Condicere rem ſuam quando quis poſſit.
2 Condicere quando quis poſſit per hanc actionem vſumfructuȝ, vel aliam ſeruitutem.

§. Rem autem. Summaui cũ precedẽti. Uel magis proprie ad hunc §. ſumma ſic. Nemo cõdicit rem ſuã, preter quã a fure, ⁊ a violento poſſeſſore. poſſeſſionem vero ſuam amiſſam quilibet condicit. Ut declarem
1 hũc §. oppo. † ⁊ videtur, ꝙ idem ſit condicere dominiũ a fure, ⁊ condicere poſſeſſionem. Si enim habet dominiũ, quid aliud poteſt condicere, niſi poſſeſſionem nudam, cum ſemel dñs nõ poſſit amplius fieri dominus, vt de acq. poſ. l. iij. §. ex pluribus. Inſtit. de leg. §. ſi quis rem. ⁊ C. de legat. l. ꝑprias? Pro cuius declaratione debes ſcire, quod contra furẽ ⁊ contra violentum poſſeſſorem eſt inductũ, ꝙ dominus condicendo petat rem ſuã ſibi dari oportere, vt Inſtitu. de actio. §. ſi itaq;. ſed ſi non eſſet dominus, non poſſet petere ſibi dari oportere, ſed ſolũ ſibi reſtitui. Et hic poſſet eſſe vnus intellectus ad hunc §. vel aliter, ⁊ melius. Debemus cõſiderare cõdictionem ex parte actoris ⁊ ex parte rei, ſed ex parte actoris condicit qs rem, hoc eſt, poſſeſſionẽ ratione dominij rei, quod eſt apud actorem: ⁊ hoc nõ poteſt fieri niſi cõtra furem, raptorẽ ⁊ violentũ, vt hic, ⁊ ſupra, vſufruc. quemadmodũ ca. l. vlt. ⁊ ſ. de cõdi. cau. da. l. pe. ex parte vero rei ſemꝑ condicitur poſſeſſio: qr ad aliud reſtituenduȝ non tenetur, niſi ad ipſam poſſeſſionem, cum nec poſſet aliud dare. l. ſcire debemus. §. fin. de ver. obli. Quãdoq; vero ex parte actoris cõdicitur poſſeſſio, nõ qr dominus, ſed quia poſſidebat, ⁊ hoc cuilibet permittitur, vt hic, ⁊ ſ. de condi. indeb. l. indebiti. §. ſed ⁊ ſi nummi. tetigi vobis
2 in l. ſi quis nec cauſam. ſ. ſi cert. pet. ¶ Quero vtrum † vſumfructum vel aliam ſeruitutem quis poſſit condicere per hanc condictionem? Reſpon. ſiquidem ius vſuſfructus, vel aliud ius, eſt promiſſum, tantum hac condictione poteſt peti, vt ſ. proxime. Si vero eſt conſtitutum, non poteſt tunc condici, quia iam cõdiceret rem ſuam, quod non licet, niſi in caſibus hic expreſſis. Jta videtur intelligere glo. hic quod eſt notandum. Ultimo materiam condictionis poſſeſſionis vidiſtis plene in l. ⁊ ideo. §. Neratius. ſ. titu. ij.

LEX III.

In hac. Gl. magna hic poſita eſt tota fundata ſuper l. iij. §. in hac. j. cõmo. ⁊ ideo ſoluȝ hic recitabo quantum pertinet ad declarationẽ text. materiã vero totam recitabo in d. l. iij. §. in hac. ⁊ h. d. Si tempore ſentẽtie vel tempore mortis res plurimi fuit, illud tẽpus inſpicitur, alias inſpicitur quãti plurimi fuit a tempore more. h. d. Primo ponit quando certũ erat quo tempore plurimi fuit. Secundo quando erat dubium. Secunda ibi, ſed etiam. ἐν πλάτει. in tex. ibi, mortis tꝑs. Dic ſic, certũ eſt qđ dictis tẽporibus res plurimũ valuit, ſed ſi dubitetur, inſpicitur quanti plurimi valuit a tempore more. ⁊ hoc ſequitur, ſed etiaȝ ἐν πλάτει, ⁊c.
* * Et ideo no. iſtam materiam ꝑ vſaticis, quia ſi facio vſaticum vnius ſextarij hordei domino directo ſoluẽdo in feſto beati Michaelis, ⁊ tunc ſextarium valet quinque groſſos, ⁊ non ſoluo ſibi tũc, ⁊ ita ſum in mora: in feſto autem omnium ſanctorũ forte valet decem groſſos: ⁊ in feſto Natiuitatis forte valet xiiij. gr[...]os ⁊ tunc venit dominus directus, ⁊ vult, ꝙ ſoluatur: certe tenetur ſibi emphyteuta ſoluere quanti plurimi valuit a tempore more:
* ⁊ ita tenebit ſibi ad xiiij. groſſos. * ¶ Oppo. ſi res extat, fruſtra tractatur de eſtimatione, vt lege fin. C. de fideicommiſſar. liber. glo. ſoluit ⁊ dicit, intellige quod hic res extabat, tamen de[b]itor non poterat eã perfecte facere meam, vnde peruenitur ad eius eſtimationẽ, ⁊ hec eſt ſatis bõa. Uel potes dicere quod extabat tẽpore ſententie, tñ deceſſit ante factam executionem. Et hoc in primo reſpõſo huius legis. In ſecũdo vero reſpõſo deceſſit ante ſententiã. ¶ Secũdo dicit opp. hic quod qui tradit ſeruũ deterioratum, non liberatur. Cõtra. j. de ſolutioni. l. qui ſibi. §. j. glo. dicit liberatur ab actione prima, vt in contrario, ſed remanet obligatus actione de dolo, ideo non dicitur liberari. De hoc an actione prima liberetur glo. tractat plene in l. ⁊ eleganter. §. non ſolum. ſupra de dolo. ⁊ doct. C. ad exhibend. l. exhibitionis. Ego dixi vobis in l. Julianus. §. j. j. de verb. obligat. ⁊ in d. l. j. qui ſibi. §. j. de ſolution. tangam infra commod. l. tertia. §. ſi reddita. ideo hic non inſiſto. ¶ Contra predicta oppo. ⁊ videtur quod libere-
a tur etiam ab actione de dolo. [a] Nam recipiendo rem deterioratam ſcienter videtur remittere. l. penulti. ſupra de condictione ob turpem cauſ. ⁊ l. ſecunda. C. quod metus cauſa. facit infra tit. j. l. centum Capue. Sol. dicit glo. not. hic vitium erat latens. ⁊ ſic recipiendo non videtur remittere. Uel dic, dicit gloſ. quod hic non dedit, ſed dare voluit. Simile in l. ſi ſtipulatus ſum damã. j.

de verborum obligatio. Iſtum paſſum examinat gloſſ. in dicta l.
⁊ eleganter. §. non ſolum. de dolo. ⁊ Cyn. in l. exhibitionis. alleg.
nec tamen allegat iſtam gloſ. dixi in dicta l. qui ſibi. §. primo. de-
clarabo vobis in dicta l. centum Capue. §. primo. infra titulo pri
mo. ¶ Oppo. ⁊ videtur, quod hec lex ſibi contradicat. Nam in
principio dicit expectandum tempus ſententie, vel mortis, in
fine vero dicit quanti plurimi fuit a tempore more. Glo. magna
in principio ponit varias ſolu. que poſſunt eſſe bone. Tu tamen
dic clare vt dixi ponendo caſum, quia principium loquitur quan-
do certum fuit quod plurimi fuit tempore ſentētie, vel mortis.
finis loquitur quando non erat certum. ideo inſpicitur quanti
plurimi fuit a tempore more. ¶ Oppo. quod debeat inſpici tem
pus lit. conteſta. ⁊ non tempus more. l. iij. §. in hac. infra commo-
da. Huius timore eſt facta tota gl. magna, hic ⁊ ibi, ideo eam ibi
* declarabo.* In fi. text. opp. ꝙ imo indiſtincte attendatur tem-
pus rei iudicate. vt j. de pecu. l. queſitum. in princ. Solutio. mul
tum intereſt inter perſonales, ⁊ reales actiones. Nam in perſo-
nalibus loquitur hec lex. At in realibus, ſeu que ad inſtar rea-
lium ſunt, loquitur lex cōtraria. Nam actio de peculio habet in-
ſtar realis cum peculium rem comitetur: ⁊ eſt horum ratio. Nā
actio realis competit contra nullo iure obligatum. vt §. pri-
mo. Inſti. de actio. ideo non attenditur tempus litis conteſta-
* te, quo non poſſidebat: nec erat obligatus: at in pſonali ſecus.*
* *Quero iuxta materiam huius legis, quomodo contra reum
moroſum formetur libellus, vtrum formetur ad eſtimationem:
quod videtur quia eſtimatio venit in condemnationem, ergo et
in petitionem. l. vt fundus. §. communi diui. Item videtur ex-
preſſum ſ. de condictione furtiua. l. in re furtiua ⁊ l. ſi vſufru-
ctus mihi in bienniū. j. de vſufruc. lega. Sed contrarium eſt ve-
rum: per l. ſi ſeruum. §. affectus. j. de verbo. oblig. Et quia nemo
ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. videamus. j. de neg. geſtis.
ideo id ſolū debet peti quod eſt in obligatione, ſcilicet res ipſa.
Et ſi dicatur, ſi eſtimatio non deducitur in petitionem, quomo
do ergo deducitur in condemnationē? Reſpondetur, ꝙ in qua-
libet petitione oportet cōſiderare duplicem concluſionem, vnā
que venit iure obligationis: ⁊ hec fit contra partem. Aliam, que
venit iudicis officio. ⁊ in hac concluditur iudici ⁊ non parti: cum
non preſupponit aliquam partis obligationem. vt l. Quintus.
de annu. ⁊ menſt. lega. Et vide ea que dixi. ſ. de iuriſd. om. iudic.
l. j. tractando illam queſtionē: vtrum officium, ⁊ actio ſint idem:
vnde hic iſtis duabus cōcluſionibus vtitur actor. Nam quia eſt
obligatus ad vinum, vel ad aliud dandum, ⁊ cōcludo, vt ad dan-
dum condemnetis. Sed quia fuiſti in mora licet obligatione nō
tenearis de deterioratione concludo iudici, vt cōdemnationem
rei preſentis faciat: ſub eſtimatione deteriorationis, vel melio-
rationis: vt dicam ſic. Cum mutuauerim tibi tantum vinum: et
tu interpellatus congruo loco, ⁊ tempore mihi non ſolueris: et
tunc vinum magis valebat, peto te condemnari ad tantum vi-
num ſub eſtimatione, que tunc erat, vel quanti plurimi erit vſq;
* ad ſententiam.*

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Actiōe de dolo. Ad hoc vide Pau. de ca. in l. ēt. de ſol.

LEX IIII.

Si res. De tempore ad locum idem eſt iudiciū.
hoc dicit. Iſtam legem habuiſtis decla-
ratam in l. vinum. ſ. ſi certum peta. dic vt ibi. ⁊ quod
* deficit, dicetur in l. iij. §. in hac, infra commoda.* No-
ta bene ex fine huius legis, ꝙ quando aliquis ſtipulatur aliquid
ſibi dari nullo loco adiecto, ſed ſimpliciter ſtipulatur, intellige-
tur locus, vbi petitur eſſe adiectus. ꝓ quo l. iij. ⁊ iiij. ſ. ſi cer. pet.
vide tex. ibi locus quo peteretur ⁊c. id eſt, locus domicilij rei: in
quo peti debuit, vt l. iuris ordinem C. de iuriſdictio. omniū iu-
di. In tex. ibi, eo die, quo dari debuit, ſubaudi. ⁊ quantum poſtea
* creuit. vſque ad ſententiam. vt habuiſtis ſ. lege proxima.*

De eo quod certo loco. Rubrica iiii.

¶ Glo. continuat rubricam duobus modis, teneas quem vis,
⁊ iſte titulus eſt multum difficilis.

LEX PRIMA.

1 Conueniri quis quando poſſit alibi quam in loco deſtinate
ſolutionis, vel contractus.
2 Certo loco, qui promiſit dare an poſſit vbiq; conueniri.
3 Verba generalia quando recipiāt reſtrictionem de habilitate.
a Alio loco. a* Iſta lex eſt notabilis ad que-
* ſtionem, quam ſemel vidi de facto,
Titius contraxit in Montepeſſulano cum Seio. Et
Seius promiſit Titio ſoluere x. ratione illius cōtra-
ctus initi, in Pedemontio in nundinis. Aduenientibus nūdi-
nis Seius in Pedemontio non inuenit Titium. Rediit Seius
ad Montempeſſulanum. Venit Titius, ⁊ in Montepeſſulano
petit ſibi illa x. a Seio ſolui, dicit Seius, Ego tenebar tibi ſol-
uere in Pedemontio, vadas illuc: quia ibi dimiſi illa x. tibi ſol-
uēda, ſi venires illuc. dicit Titius, Ego nō curo, ſolue mihi hic.
queritur quid iuris? dicit tex. Qui promiſit dare certo loco, ſi
* in eo non reperitur, poteſt vbique conueniri.]
1 ¶ Primo oppo. ad hanc legē, ⁊ † videtur quod alibi non poſſit
cōueniri, quā in loco ſolutionis, vel in loco cōtractus celebrati.
l. heres abſens. §. fi. de iud. ⁊ l. eum qui. j. de cōſti. pec. Sol. locus
cōtractus vere eſt ille locus, in quo debet fieri ſolutio, vt l. cōtra
xiſſe. de acti. ⁊ obli. in loco vero vbi verba contractus fuerūt ap-
poſita, nō poteſt cōueniri, niſi aliud fuerit actū. Ita tenet glo. C.
eo. l. j. ⁊ l. iij. j. de bo. autho. iud. poſ. ⁊ videtur tex. hic, ⁊ j. de ſol. l.
quero. ⁊ ibi de hoc dixi: licet gl. de hoc dubitet in l. eū qui. in §. j.
j. tit. j. ¶ Secundo oppo. ⁊ videtur, quod alibi nō poſſit cōueni
ri, quia eligendo vnum locum videtur alteri renuntiare. l. fin. C.
de pact. cōuen. Solu. dicit glo. ex hac interpretatione actio red-
deretur inutilis, ideo non facimus eam. Probatur in l. Titia.
* §. idem reſpondit. de verb. obli.* Iunctis notatis per me j. eo.
l. in bone fidei. circa fi. ⁊ in l. nemo. ibi allegata. not. ex hac ſolu-
tione: ꝙ quando quis habet duas vias, ⁊ eligit ſibi vnam illarū,
non videtur propter hoc alteri renuntiare, ſi ex hac interpreta-
tione actus redderetur inutilis. Quod facit ad vnā queſtionē,
Titius aſſumpſit ſibi onus probandi articulos ſuos, quia pe-
tijt dilationē ad probandum. poſtea petijt ꝙ pars compellatur
reſpondere articulis medio iuramento. Opponitur ꝙ non de-
bet compelli: quia pars aſſumpſit ſibi onus probandi: ⁊ ideo ele
cta illa via, ſibi preiudicat in alia: quia alij renuntiauit: ⁊ ideo nō
eſt audiendus. Dic vt in iſta ſolutione, ꝙ alteri vie videlicet re-
ſponſioni articulorum non vr̄ renuntiaſſe. Quia ſi ita interpre-
taremur ex hoc actus, de quo agitur, redderetur inutilis, vide-
licet quia iudici non poſſet conſtare de veritate cauſe: ⁊ tamen
* intereſt iudicis veritatem habere, ⁊ de ea inquirere.* Quero, b
b vtrum poſſit † vbiq; cōueniri iſte, qui certo loco promiſit: Vide
2 tur ꝙ ſic. l. eum qui. ſ. de iud. ⁊ j. ti. l. ſi duo. §. j. Glo. determinat
contrarium per l. heres abſens. §. fin de iudic. ⁊ quod ibi alleg.
in cōtrarium dicitur quolibet loco, ſubaudi ſcilicet idoneo. l. ⁊
c gradatim. §. ⁊ ſi lege. ff de mune. ⁊ hono. ⁊ hec eſt cōmunis c opi.
Ego reperio ꝙ Nic. Mat. in quadam ſua diſputatione tenuit
d contrariū, d ꝙ poſſit quolibet loco conueniri, propter generali-
tatē dictarum legum, que hoc dicūt expreſſe. Pro hoc facit l. qui
certo. ſ. de cōdi. inde. ⁊ hoc ad ſimilitudinē fugitiui. l. j. C. vbi de
curiali, vel cohorta. ⁊ l. j. C. vbi cauſ. ſtat. verum, quia reus in hoc
grauatur, ꝙ vbiq; cōuenitur, datur arbitriū iudicis, vt habeat
in iſta actione rationē intereſſe propter locū, vt j. l. proxi. ⁊ per
totum titulū. Non obſt. l. heres abſens. §. fin. nam quandoq; ego
formo libellum, petens ꝙ quis mihi condemnetur ad ſoluendū
in loco deſtinato ſolutioni ſecundum formam promiſſionis, tunc
in iſta actione. non verteretur iudicis arbitriū, quia peto ꝙ fiat
ſecundum quod promiſſum eſt, ideo non poteſt reus conueniri,
niſi in eo loco vbi debet fieri ſolutio vel alio idoneo, ſcilicet in lo
co domicilij. d. l. heres abſens. §. fi. Et quod ſic poſſit formari li-
bellus, facit optime l. fina. C. de ſenten. que ſine cer. quanti. prof.
Quandoq; volo petere quod mihi ſoluat in loco iudicij, vel pe-
to ſimpliciter, tunc poteſt vbicunq; conueniri, vt hic ⁊ dictis le
gibus, non quia ibi contraxiſſe videatur, ſed ex natura arbitra-
rie actionis propter locum, vt hic, ⁊ dictis legibus. Ita dicit
e Nic. Mat. ⁊ bene, iudicio e tamen meo, ipſe non reſpondet ad le.
vt gradatim. §. ⁊ ſi lege. que videtur ꝓbare, ꝙ leges, que dicunt,
quolibet loco, reſtringantur, ſcilicet idoneo. Sed reſpondeo ex
dictis Iacob. de Aret. ⁊ Oldr. in l. j. §. nuntiatio. de ope. no. nun
3 tia. † Nam quandoque diſpoſitio generalis continet conceſſio-
nem noui actus, vel noui iuris, tunc recipit reſtrictionem de ha
bilitate ſeu idoneitate, vt dicto §. ⁊ ſi lege. Quādoque continet
iuris iam conceſſi extenſionem, ⁊ tunc non recipit illam reſtri-
ctionem. dicta lege prima. §. nuntiatio. vbi dicitur, quod nun-
tiatio poteſt fieri omnibus diebus, ⁊ gloſſ. ibi intelligit etiam
feriatis, ⁊ non feriatis. alias dicta generalis conceſſio nil ope-
raretur. Ita hic, ſi intelligeres, quod non poſſet conueniri, niſi
in loco idoneo, fruſtra Paulus Iuriſcon. hanc legem induxiſ-
ſet, cum de iure communi hoc eſſet. Dico ergo quod poteſt vbi-
que conueniri. De hoc, quando verbum generale recipiat reſtri
ctionem, dixi plene in d. §. nuntiatio hodie tamen notarij, vt ceſ-
4 ſet hec dubietas, apponunt in contractu, † ꝙ voluit poſſe conue
niri in tali loco ⁊ in tali, ⁊ vbicunque fuerit inuentus, que clauſu
la quid operetur, ⁊ qualiter debeat concipi, dicam j. eod. l. iiij. §.
5 ſi quis ita. ¶ Vltimo hic videtur caſus, † ꝙ in contractibus
non ſit locus remiſſioni de vno loco ad alium. Nam ſi remiſſio
poſſet